



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XLVI. De observatione Jejuniorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

*can. placu-
it de con-
secr. dist. 1.
c. 1. h. t. c. 2.
eod. vid.
conc. Trid.
sess. 25.*

dictum est, Eucharistia & Christum
ita etiam diligenter adseruanda
Reliquiæ Sanctorum, maxime
nullum erigi possit in Ecclesiæ Ab-
ubi non reliquiarum aliquid ab
Sancti reconditum sit. Nullus
habendus pro Sancto, nisi auctoritate
Ecclesiæ in Sanctorum numerum
scriptus, nec venerandæ publice
reliquiæ de novo inventæ, nisi auctori-
tate ejusdem S. Pontif. fuerint appro-
batæ: antiquæ vero exponi venales pro-
hibentur.

(Superstitiosa & apud Pontificios recepta reli-
quiarum asservatio & sanctorum venerandi cultus
to est rejicienda.)

De Observatione Jejuniorum.

TIT. XLVI.

Est & communis omnium Christianorum
tum Clericorum, tum etiam Latio-
rum, observatio jejuniorum, quæ ab
Ecclesia in memoriam Sanctorum in-
dicta sunt, ut & cætera jejunia Quad-
gesimæ & aliorum temporum.

1. Qui excusantur a Jejunio?

c. 2. hoc t. **Q**ui annum ætatis vigesimum
dum attigerint, sexagesimum non
excesserint. Non subjacet quoque

necessitas ex inopia annonæ & infirmitate seu debilitate jejunantium orta, majoris periculi evitandi causa.

2. In quibus consistit observatio Jejuniorum?

In his tribus. In abstinentia a certi generis cibis: in abstinentia a pluribus refectioibus, & in certa refectiois hora, quæ hodie ex consuetudine passim recepta est circa meridiem.

(Istæc abstinentia, neque ratione ciborum, a quibus abstinetur, neque ratione temporis nec ratione formæ abstinenti, jejunium dici meretur. Et discrimen ciborum haud probandum est, jam supra monuimus. Quid enim ad religionem aut devotionem excitandam proderit certos inhibere cibos, & concedere alios non minus ad Venerem, ad ingluviem, ad ignaviam & torporem facientes. Add. 1. Tim. 4. 3.)

De Purificatione post partum.

TIT. XLVII.

1. Quid hac de re statuit lex Mosaica?

Ege illa mulier post partum immunda habebatur & propterea, si masculum peperisset, arcebatur a templi ingressu XL. diebus, si vero foeminam LXXX.

S S

2. Quid